cedere non reperiūtur in locis cōsuetis
residere et qz cū v̄snef̄ teuertētes m̄ise
sta quadam sanguinis voce certisqz indi
cijs grauem se certaminū ostendunt cō
fictum subijse. **I**tem ibidem dicitur qz
admiranda est huius auis demētia. nā
cum parentes p̄ longeuaz senectutē plu
marum tegmine 7 alarum regimine nu
dari contingit. cornices iuniores p̄ijs
pennis eos fouent 7 collecto c̄to pascūt
quādo etiam pentes earū senescūt. eos
fulco alarum suarum subleuat 7 advo
landum excitat vt in pristinos vsus mē
bra dislucta reuocent 7 reducant.

Capitulum. x.

De coruo

Coruu sine corax a sono guttu
ris nomen habet. vt dicit **Ii.**
Coruu pulloꝝ ora suoz hyan
tia respicit quibus cibū prius nō mini
strat nisi prius p̄ pennarū nigredinez p̄
prij coloris similitudinē recognoscat. **P**
q̄ vero nigrescere inspicit totis suis vi
tibus teinceps eos pascit. vt di. idē **Ii.**
Dicitur autē pulli coruoz roze celesti ve
sci q̄dū beneficio etatis nō habent ni
gras plumas. non enī prius escis scz ca
daveribus fetidis sed rozis celestis bene
ficio sustentant. vt dicit **Aug.** **P**etit ei

coruus in cadaveribus mortuoz loca oc
cultā. vt di. **Ii.** et est auis clamorosa 7
diuersas format voces. solos enī inter a
ues seraginta quattuor habet vocis mu
tationes vt dicit **Fulgentius.** Est etiā
auis dolosa res furtiue subtrahens repo
nens in locis abditis et abscondēs. Est
etiam immūda auis cadaveribus inhis
dens 7 ex venenosis 7 rebus immundis
cibum querens. Et s̄m augures quādas
vim p̄lagij 7 diuinatōis habens. et idō
apud gentiles coruus inter volucres fu
it appollini cōsecratus. vt di. **Sar.** **De**
coruo autē dicit **Arest.** li. vi. **F**emine cor
uoz cubant sup̄ oua sole. 7 masculi defert
eis cibum 7 pullificat plures pullos et
cubat diebus viginti 7 reijcit aliquos p̄
pter multitudinem. qz aues que multus
pullificant aliquos eijciūt a se. **I**tes dē
cit idem li. viij. **C**oruo niger pugnat cus
asino 7 thauo 7 volat super ipos et nō
cēt eis pcutiendo cum rostro et pungit
oculos ipoz. **I**tem ibidem. **C**oruu niger
est amic⁹ vulpis. 7 p̄ter hoc pugnat
cum aceloni 7 alijs bestijs vt inuuet vul
pem. **I**tem ibidem. **C**orui pugnant pu
gna forti 7 pcutiūt se ad inuicem ar
mis. i. cum rostris vnguibz 7 alis suis
victus oledit victori victoria forti. huc
usqz **Arest.** **I**tem solus coruus i medijs
estiuis feruoribus cōtra naturam aliaz
auium ouat 7 pullificat fetus suos. **A**n
de **Petronius.** **C**oruu maturis frugibz
bus oua defert 7c.

Capitulum XI

De cigno

Cignus latine olor dicit grece.
eo qz totus albus sit i plumis su
is. nulli enim inueniūt cignum
nigrum. **O**lor autem grece totum dicit
latine. vt dicit **Ii.** **C**ignus autē a canen
do est dictus. eo qz carminis dulcedinē
modulatis vocibus fingit. **I**deo autem
canit dulciter. qz collum longum 7 reflexi
sum habet 7 necesse est eructuantem vo
cem p̄ longum 7 flexuosum iter varias
reddere modulationes. **F**ertur autē in
ypertoreis p̄ibus p̄cinentibus cytha
tedis cigni pullos euolare 7 nidis 7 ap

In nouem dies in die
p̄illos suos, qz videtur eis nō
simile coloris huius nō adferunt aliorū
p̄is, et idē eos p̄cūt it̄ de alio q̄
h̄ h̄m̄ de q̄ om̄ip̄os p̄cūt eos p̄
illis dies nō v̄t ali

te ad modum concinere. vt dicit **I**sidus.
Secundum autem **Q**uarta et **A**mbrosio. Naute lo-
 nsi p sagiu euentus reputant. q cigni sez
 in nauigio obuiant sicut ait **A**nni. **C**i-
 gnus in auspicijs semp letissimus ales
 huc oprant naute. qz no se mergit in vn-
 dis. et io appollini fuit cosecratus. vt di-
 cit **Q**uarta. In alis aut maxime est forti-
 tudo. **A**gnus qm est in amore querit fe-
 minam et ei p coplerioem colli blandit.
 et quasi eam trahit ad se et coniungit col-
 lum suu collo femine colligando. post co-
 itum xpo femina pcutit marez et fugat ip-
 sum. balneat aut se masculus post coitus
 filr femina anteqz abu sumat. **I**nstan-
 te aut morte p nna infira cerebro canit
 et cōtra alioz aiantiu cōsuetudinem p
 gemitu cantu reddit. vt dicit **A**mbrosio.
Plumam habet candidissimam omni ni-
 gredie vel colore aliquo impmixta. car-
 nem xpo habet nigram et ad dirigendum
 duram. rostru cu quadā tuberositate vi-
 sum ab olfactu et gustu distinguente. col-
 lum hz intrinsecus valde nigrum et in-
 terius densatu cu quo collo in pfunduz
 merfo abū suū querit et incidit. duz sit i-
 ter pisces nutritus ipos no comedit. io
 si panis vel esca sibi pfecta fuerit. pisab
 ipm sequentibus ipse cedit. de herbis et
 radicibus victu suū querit. pedes habet
 nigros latos et clausos natatōi valde ap-
 tos. quoz vno vritur p remo in natado.
 alio p gubernaculo se regendo. **S**tagna
 et lacus inhabitat. et secus aquas nidifi-
 cat. vbi sup pauca ligna plecta sup oua
 cubat et pullificat. pullos solicate nutrit
 et educat et eos rostro alis et sibulo prote-
 git et defensat. et si quis aduersus eos ap-
 propinquauerit inter pullos et appropin-
 quantibus opponere se et interponere no
 cessat. **Q**uis est magne carnositatis et p-
 derositatis corpis. et io quietem diligit
 et raro volat. volant aut cigni siluestres
 volatu forti collis extēsis et pedibus ad
 posterius applicatis. sed no sunt tā ma-
 gni corpis nec tante pinguedinis sicut
 sunt domiti qui iuxta hoim habitacula
 sunt nutriti. vt dicit **Q**uarta.

Capitulum XII

De culice

Culix est musca modica ab acu-
 eo dicta. eo q sanguinem fugit
 habet aut in ore fistulam admo-
 dum stimuli q carnem terebrat vt san-
 guine bibat vt dicit **I**sidus. **R**eputat aut in-
 ter volatilia sicut et apis. cu tñ corp^o ver-
 mis heat plures pedes hntis. eo q alas
 heat quibus volat. **S**en cras aut ex va-
 poribus putridis de cadauerulo ac palu-
 stribus locis et corruptis generatis. ex
 cōtinua alaz replicata pcussione in ae-
 re strepitu generat et quasi stridet. **S**uper
 cadauera et vlcera libenter refidet. equis
 etiam vlcerosis valde nocet. strepitu et
 morsu tormiētes infestat et a rege eos ar-
 cet de nocte maxime circūuolat et mem-
 bra quibus infidet terebrat atqz mordet
 lucipera est. qz lumen libenter videt. vñ
 minus caute in candelā vel in ignē irru-
 ens se ob auiditatem luminis videndū
 cōburere sepe solet. huzidibus pascen-
 dis summe valet. culices eni in aere vo-
 litantes ab huzidibus que venant mu-
 scas in aere pde gratissima reputantur
Picunt autē culices scimples. i. musce
 minutissime. sed aculeis pmolesse. scines
 eni grece musca dicitur latine. vñ et dicitur sci-
 nomia musca canina et hmoi muscis ter-
 ra egyptioz pcussa est. vt dicit **I**sidus. **E**st au-
 tem scinomia genus pessimū muscarū ma-
 gni corpis et lati ventris respectu musca-
 rum aliaz et parui volatus sed magne te-
 nacitatis et adherētie in mēbris aiantiu
 um in quibus infidet. **I**n villis eni et p-
 lis aialiu et maxime canū se immergit et
 ibi se occultans fugit sanguine atqz bi-
 bit in tñ q carnem vlcerat et corrodit vt
 patet in antiquoz canū auribus qz cor-
 rodūt et vlcerant tales musce vñ non est
 mirum si tales musce sint multū fetide
 que ex tam fetidis et corruptis humori-
 bus sint nutritæ.

Capitulum XIII

De cicada

Cicada a canendo est dicta eo q
 in exiguo gutture suo dulces fa-
 cit melodiam vel miram faccā
 talem. vt dicitur in exameron. **D**eci-

medio estu quādo arbutta meridianis
caloribus rumpitur. tanto cantum reso-
nat clariorē q̄to spm̄ aereū tūc tēpis
atrabit puriorē. deinde si quis cicadaſ
p̄fundat oleo statim necant. eoq̄ obstru-
ctis poris spiramen aereum haurire nō
valent. sed si quis statim his acētū super-
fundat. ilico reniūſcunt eo q̄ vis aceti
aperit poros qui et olei conſtrictione ob-
ſtruebantur. vt dicit Ambro.

Capitulum. XIII

De Fenice

Fenix vnica dicit esse anis. et in
toto orbe terrarū singularis. vnde
de et laici mirantur vñ et apud
arabes vbi nascit fenix. i. singularis nun-
cupatur. vt dicit Iſi. De hacane dicit phi-
losophus q̄ fenix est auis sine parvūſ-
ccc. xl. dngentis annis. quibus cōpletis
cum suū fenit defectū nidū facit ex lig-
nis aromaticis et multum siccis que in
estate ex feruore solis flante fauouio ac-
cendunt quibus iam accensis sponte nū-
dum ingredis et ibidem inter ligna ardē-
tia incinerat. ex quo cinere infra tridu-
um quidam vermiculus nascit qui pau-
latim plumas recipiens in volucrem re-
formatur. Idem dicit Ambro. i. exame-
ron. de fenicis humore siue cinere nou-
ſingit. paulatimq̄ adolescit et p̄cessu tē-
poris alax induit remigia atq̄ i auis spe-
ciem reparatur. Est aut̄ auis pulcerrima
pauoni in plumis similima solitudines
diligens. granis et fructibus mūdīs ci-
bum querens. de qua narrat alan-
onias summus pontifex in elio poli cui-
tate egypti templū ad similitudinem tem-
pli hierosolimorū edificasset. primo die
asimorū cū multa ligna aromatica super-
altate cōgregasset et ignem ad offerendū
sacrificiū succendisset descendit in medi-
um togū talis auis que in igne sacrificij
statim in cinere est redacta. remanēte at̄
cinere et cum diligētia custodito de p̄ce-
pto sacerdotis et reseruato infra triduum
quidam vermiculus de p̄dicto cinere est
creatus qui tandem recipiens formam
auis ad solitudinem euolauit

Capitulum. XV

De Grue.

Grus de propria voce nomen ac-
cepit. tali enī voce sonat. vt di-
ſi. Est autem auis alarū ma-
gnarum et fortis volatus. Meris alta pe-
tens vt videat quas velit. p̄gere regio-
nes. vt dicitur in exameron. Est ei auis
diligens suam speciem et in societate vi-
uens habens regem et ordine litterato
volans. vt dicit Ambro. Ductor autē
agminis quasi instigando et arguendo
voce ad rectos volatus cogit agmen et
forte raucescat succedit alia grus q̄ sup-
plet idem officium. Grues autem voce
p̄conia terram petunt vt quiescant et cū
federint ad custodiam sui vigilias ordi-
nant vt alie securius conquiescant. Aigi-
les autem sup vñū crux stant directe et
lapillum tenent in pede altero a t̄ra su-
spenso vel eleuato. vt si casu aliquo tormi-
erint p̄ casum lapilli excitentur vt dicit
Iſi. Item sunt grues in iuuentute ci-
neri coloris. sed i senectute q̄to diuti-
us viuunt tanto plus nigrescunt. et que il-
larum a societate oberrauerint vocife-
rando perditas socias aduocant et req̄-
runt. Grues etiam quando sup ra se re-
uientem herodium vel accipitrem perci-
piunt rostra sua superius erigunt et pro-
ut possunt cum rostri acumine se defen-
dunt.

Capitulum. XVI.

De gallo

Gallus a castratione est vocatus
Inter ceteras tantum aues hu-
ic soli testiculi adimuntur. vete-
res enim abscisos gallos vocauerūt. vt
dicit Iſido. De gallo dicit Iſi. xxx. li.
cap. iij. Carnes gallozum crude et cali-
de apposite super morsus serpentis tēmit
venenum. Et ad idem valet eius cere-
brum in potu sumptum. si quis eius pin-
guedine vel viscello iniūctus fuerit a p̄-
theris et leonibus tur̄ erit. Si auro lique-
ſcētī ossa galloz vel gallinarum cōmūcēt
consumunt illud in se vnde et os galli

naceum auri est venenum. et hoc est mix-
 Gallus itaq; est auis calide et sicce com-
 plexionis. et ideo multum habet auad-
 cie et animositatis propter quod contra su-
 os aduersarios pro suis vxoribus auda-
 cter pugnat. et rostro ac calcaribus aduer-
 sarium impetit et lacerat. obrenta victo-
 ria statim cantat. Antequam autem cantet
 alis se verterat et seipsum feriens ad can-
 tandum reddit aptiorem. In profundio-
 ribus horis noctis cantum solet emitte-
 re clariozem et valentiozem. sed circa te-
 pus matutinum vocem format leuiozem.
 ut dicit Ambrosius. cristam rubeam gestat in
 capite pro corona qua amissa perdit audaci-
 am et ad aggrediendum aduersarium ipsum
 efficit segniozem. zelat et diligit vxores
 suas. et inuento cito voce quadam eas pro-
 uocat sibi subtrahit ut eas reficiat atque
 pascat. pinguiorem et teneriozem quam
 plus diligit secum quietis gratia vici-
 nus collocat. et ipsius presentiam circa se-
 plus affectat. de mane cum ad pastum e-
 uolauerit. latus suum lateri ipsius primo
 applicat et per quosdam nutus ipsas ad sui
 copulam allicit et inuitat. et per ipsam tanquam
 zelotipus specialiter pugnat et appropin-
 quantes gallos rostro et calcaribus a se
 fugat. rostro impugnando terram percus-
 tit. et plumas circa collum erigit. ut se au-
 dacem faciat et pennas caude quatuor potest
 sursum ac versus sum eleuat. ut sic aptus ad
 plium se accingat lapidem preciosum noise al-
 lectricum vel allectorium calcedonio similem
 gignit et portat. quem ratione lapidis ut cre-
 dunt quidam leo timet et abhorret. et ma-
 xime si fuerit albus. albi enim galli leo
 formidat. ut dicit Plinius. Rostro et pe-
 dibus victum querit. paleam et puluerem
 sulcat et reuertat et inuento grano ad gal-
 linas vociferat et eas vocat. timet etiam
 gallus aquilam et accipitres pedones ter-
 re. quod tales pedes aues volucribus in ter-
 rare ambulans insidiant. et ideo cum gal-
 lus sit valde acuti visus unius oculi per vi-
 ctu querendo inferius deprimat. et alius sur-
 sum ad aera dirigit. ut aduentus aquile
 vel accipitris precaueat. quoniam cum venientes
 a remotis viderit statim ad gallinas vo-
 ciferat et fugiens in tomibus rupibus ac se

in pibus se occultat. ut dicit idem Decre-
 pitus etiam gallus ouat in vltima senes-
 cute et facit quodam oua pua multum rotun-
 da et quasi liuida vel crocea. ex quibus si
 ab aliquo verme venenoso in diebus can-
 nicularibus foueant basiliscus preat.
 ut dicit Beda. De gallis dicit. Costant. gal-
 li iuuenes duriores sunt ad digerendum mio-
 risque humiditatis quam gallina. caro eorum
 quidem introfiratis habet. sed quoniam coquif
 soluit. vbi si vetus gallus pectus interio-
 ribus te semine croci ortensis et polipodio
 impleat et quinq; libris aque coquat to-
 nec aqua fere consumat fit utilissimus co-
 lericam habentibus passionem. viscosus
 et fleumaticos purgat humores melanco-
 liam patientibus subuenit. grossam stoma-
 chi ventositates excludit. colorem mitigat
 tumorem et colorem arteriarum curat. va-
 let contra artetic febris plucitates. ut di-
 cit idem.

Capitulum. xvii

De gallo gallinacio

Gallus gallinacius gallus est qui
 propter abscisionem testiculorum et
 feminas. more enim aliorum masculinorum
 castratorum totus in complexione mutat. cri-
 stam enim perdit. audaciam deponit. vocem et
 amittit inter horas noctis non discernit. a-
 lis se non percutit nec ad pugnam se accingit.
 super oua aliena cubat ac si esset gallina of-
 ficiu femine assumens pullos alienos nu-
 trit et circuducit. voce etiam galline silat et
 crocitantem voce rauca pullos vocat.
 gallinis se associat cum eis earum escam come-
 dit et venozat. sed eas non reficit nec spin-
 guat cum eis ipinguat. sed eas non ipinguat
 Est autem gallinacius timidioris animi quam gal-
 lus et carius perfidioris et mollioris et pigre-
 dinis maioris ac plume laxioris. et pedes
 quosque frangunt ut cubare super oua cogat.
 cuius calcaria vel letentur vel cadunt. et pe-
 des colligant per ipinguatorem et depresso ca-
 pite ad terram ad foras erectis pedibus doper-
 taf. de gallo tamen castrato dicit Constantinus. Car-
 nes inquit castrati galli omnivolarum car-
 nibus sunt pueriores. laudabilius enim gene-
 rant nutrimentum et sanguinem meliorem. cere-
 bella eorum cerebellum autem aliarum sunt utiliora.

Capitulum. XVIII.

O De gallina.
 Gallina est a gallo dicta, sicut a
 Leone dicta est leena. Cuius me-
 bra ut quidam ferunt si cum au-
 to liquefcente misceantur cōsumunt aurum
 ut dicitur. **I**tem. Est autē multe ouationis et pul-
 lificationis et multe ouant sine coitu ut
 dicitur **I**rest. li. vi. et dicitur oua venti, et
 sunt alijs ouis inspidiora et illaudabili-
 ora. et quedam galline sepe faciunt gemel-
 los. et unus gemellorum est puus et quan-
 doq; monstruosus. postq; autē cubant su-
 per oua sua per tres dies statim apparet si-
 gna pulli et erit hoc in maioribus per plu-
 res dies. et in minoribus post pauciores
 et generatur pullus ex albumine et nutri-
 tur ex vitello. ut dicitur idem. Galline eti-
 am que nimis ouant non sunt longe vite.
 sed cito moriuntur ut dicitur li. vi. Alias ve-
 ro galline proprietates omnibus fere notas tan-
 git glo. super **I**saiah. xxiii. ubi dicitur. Gal-
 lina est auis pia circa pullos. nam pullos
 sub ala fouet. contra mulsum tuum. de dolore
 filiorum egrotat et plumam reponit. plures pul-
 los q̄ se pascit et satiat. et ipsos inuēto ci-
 to congregat atq; vocat per pullos defensi-
 one fortiori se opponit et etiā hominem impu-
 gnat. pullos dispersos congregat atq; vo-
 cat et ne a muso vel miluo rapiant eos sub
 alarum tegmine protegit et defendit. pluma
 tū hispiditate et vocis rauedine affectū
 circa pullos manifestat.

Capitulum. XIX

O De gryphe.
 Gryphes inter volatilia recitatur
 Deute. xiiij. et dicitur ibi glosa q̄
 gryphes est quadrupes. capite et
 alis aquile similis et reliquo corpore similis
 est leoni et habitat in yperboræis montibus
 equis et hominibus maxime est infestus. in ni-
 do suo reponit lapidem smaragdum con-
 tra venenosa animalia montis.

Capitulum XX

O De herodio.
 Herodius est auis regia. prede
 auda et manu gestantis affue-

ta. Est autem auis animosa ad modum
 accipitris. pro auge quidem carnis respice-
 ctu corporis sui et est multe pennositatis
 et ideo leuissimi est volatus. quia parū
 est in eo quod aggrauat et multum quod e-
 rigit atq; leuat. ut dicitur **B**regio. et ibi dis-
 similis est strutioni in audacia et virtute
 quibus ei similis sit in penna et varia in co-
 lore. **H**erodius autem magne est aiositi-
 tatis acutissimi pectoris et fortis unguis
 et plus ledit predam super ipsam irruentem
 do pectore q̄ rostro siue ungue. Tante
 autem est animositatis q̄ si primo vel se-
 cundo impetu predam non arripit qua-
 si vindictam de se perit. unde si siluestris
 est illo die vitæ predam querit. si vero to-
 mesticus quasi pro verecundia euagatur
 per aera et ad manum gestantis defacili
 tunc non redit. tūc enim victum et quā-
 si regenerem se estimat. quando de volu-
 cre quas impetit non triumphat. ut dicitur
Bregio. **H**ec auis a vulgo falco nūcupa-
 tur siue filica. ut dicitur glo. super psalm. et
 auis que inter omnes prede volucres huius
 affectum piū et animum circa pullos
 sicut dicitur in exameron. Eodem inquit
 sedulitatis officio quo prius fetus pas-
 cit pari subministratōne pullum ab a-
 quila abiectum siue non agnitum susci-
 pit atq; nutrit. cadauer fugit nec in fa-
 mis vehementia putridas carnes tangit
 sed laboris patiens abstinendo expectat
 quousq; predam sibi congruam inueni-
 at quā acquirat ut dicitur gregio.

Capitulum. XXI.

De hyrundine.

Hyrundo quasi arundo ab aere
 est dicta eo q̄ cibos non sumat
 residens. sed ut edat in aere abū-
 capit. ut dicitur **I**sidoro. Est enim auis voci-
 asera per tortuosos ortus et circuitus va-
 ga. In nidis struendis et pullis educan-
 dis sollicita. ut dicitur idem. In nidis quoq;
 struendis est sume solertie. vitæ enim ad hoc fa-
 ciendū sufficeret hūana industria de qua
 uis materia quod faciendū solo rostro ar-
 gilla. hyrundo itaq; est auis valde pēno-

sa mire agilitatis et velocissimi volatus
 et ideo a ceteris auibus nō impetit: nec
 vnq̄ alicui preda est. maria trāsuolat ad
 regiones calidiores in quibus creditur
 p̄ hyemem cōmorari. certa custodit t̄pa
 aduentus sui ⁊ recessus. cuius aduentus
 indicat̄ est veris ⁊ testimoniū instant̄ se
 renitatis estinalis vt dicit Ambro. De
 hyrundine di. Arest. li. vi. Quis agrestis
 non coit in anno neq̄ ouat nisi semel p̄
 ter hyrūdinem que ouat bis sed prima o
 ua aliq̄i corrumpitur p̄ter hyemem. o
 ua vero posteriora cōplentur ⁊ faciūt pul
 los. Item dicitur ibidem. Quae que co
 medunt carnem non ouant bis p̄ter hy
 rundinem que aliquando bis pullificat
 Item ibidem si quis cecauerit pullos
 hyrūdinum reuertentur oculi eor̄. que
 rit enim herbam que dicit̄ celidonia cui
 ius succo linit̄ oculos filior̄ ⁊ sic eor̄ oca
 li sanitati pristinae restitūtur. vt dicit
 Jacro. Item in vtero hyrūdinis iue
 niuntur duo lapilli. quor̄ vnus est albi
 dus et dicitur femininus. cetero vero rube
 us et dicitur masculinus. q̄ maioris est
 virtutis q̄ albus. hi lapidi dicitur celi
 donij. et sunt p̄ciosi maxime quando ex
 trahūtur de pullo anteq̄ tangat terram
 vt dicitur ilapidario vbi eor̄ virtutes
 describūtur. vt dicit Constan. Sanguis
 de terra ala extractus oculis medefi
 cut sanguis columbe. simus eius valde
 est calidus ⁊ vitius siue corrosiu⁹. ⁊ iō
 oculis est nociuus. Instruit autē hyrū
 do pullos suos eijcere stercoza extra ni
 dum. Sit autē hyrūdinū duo ḡnera. q̄
 dam enī sunt maioris corpis torsum ha
 lentes nigrū pectus rubeū ⁊ ventrem al
 bum. et he diligunt humanam societate
 tem. vnde in domib⁹ hominū nidificāt.
 Alie sunt minoris corpis nigrum habē
 tes pectus et nidificant in ripariū fora
 minibus iuxta aquam. Sed tam iste q̄
 ille in terra nidificant siue argilla vtri
 usq̄ cauda ad modum forpiciis ē bifur
 cata. Inter hyrūdines dicit̄ esse vnū ge
 nus qd̄ timēt alie aues etiā aqlar accipi
 ter ⁊ fugiunt illam hyrūdinem tanquā
 hostem nec audent super predam illa vi
 sa irruere. timent enim morsum eius q̄

forsan venenosus est. vt dicit Plini⁹ pu
 gnant autem hyrūdines contra passe
 res nidos earū subintrantes ⁊ moribus
 ac vnguibus fugant eos de nidis suis.

Capitulum. xxii

De haladzio.

Haladzius fm̄ ph̄sim est albi colo
 ris nullam balens p̄tem ingredi
 nis cuius pars inferior femoris
 ip̄ius purgat caliginem oculor̄ cui⁹ na
 tura est talis q̄ q̄ aliquis graui detine
 tur infirmitate. si egritudo fuerit ad mor
 tem haladzius auertit facies suam a sic
 egrorante ⁊ sine dubio tunc morif ho
 mo. si autē infirmus tetet cōualescere ha
 ladzius figit visum in ip̄m. et intendit
 in eum quasi applaudans ei. Differt au
 tem haladarius ab auricula que dicitur
 halandra que est auis sonora ⁊ canora si
 cut merula. vt dicit glo. sup Deute. xiiij
 vbi dicit̄. differt haladzeona a haladra.

Capitulum xxiii

De larō

Larus est auis q̄ in terra q̄
 q̄ in aquis habitans. vnde in
 auroza scribitur Larus est flumi
 nis habitator ⁊ incola terre. Nunc natus
 vt piscis. nunc volat instar auis.

Capitulum xxiiii

De locusta.

Locusta est dicta eo q̄ pedib⁹ sit
 longa vt hasta. et ideo greci eas
 hastagion vocant. vt dicit Isi.
 Locuste regem non habent et tamen or
 dinatē egrediuntur p̄ turmas suas. vt
 dicitur p̄uerbioꝝ. xxx. mutuo se deuorāt
 nam maiores minores comedunt ⁊ mā
 ducant. in estate apparent. in hyeme ve
 ro latent. longiora habent crura postero
 ra q̄ anteriora et sicut dicit glo. sup Jo
 hel primo. est primo atxlabus ⁊ post cre
 scentibus alis fit locusta et plus ledit i
 iuuetute q̄ est atxlabus q̄ in senectu
 te q̄ est locusta. Os habet quadzangu
 lū et p̄ cauda aculeum habet. crura sūt
 replicata ⁊ in se reflexa. germina arborū
 ⁊ herbar̄ radicib⁹ comedūt et corrodunt

Liber. XII.

a vento australi generantur et ad volandum cōcitantur. In vento autem septentrionali moriuntur. In saliendo locusta se erigit et in erigendo cadit. a floribus a / magdalinis impugnantur locuste. Locusta insuper tota pro maiori parte in ventre cōsistat. et ideo insatiabilis est. vnicui habet intestinum. quod sanie et immundicia est. spiritus repletum sed quod diu vivit semper esurit et si quid inuenerit viride. corrodere non desistit. Modico frigore quasi moritur et cōsopitur. sed calore solis renouiscit. ex cuius stercore vermes nascuntur.

Capitulum. xxv

De mergulo.

Mergulus ab assiduitate mergendi nomen sumpsit. sepe enim dimisso in profundum capite. auram signa sub fluctibus colligit. et ante ventem equoris tempestatem cum clamore litus petit. nam in pelago grauissimam tempestatem futuram esse certissimum est quoniam merguli fugiunt ad litus cum clamore ut dicit Isidorus. Mergulus in arundinis super pauca ligna nidificat et mirum quodam affectu nature pulliculos nutrit et educat. qui mox nati matrem sequuntur. et varias pelagi undas ascendere et descendere nullo modo verentur. vermes aquatiles et pisciculos ad superficiem satiam dam in glaciem venant. In hyeme propter paucitatem motus impinguntur. In estate autem propter volatus libertatem carnibus et pinguedine repauperant. quando ab aere rapace persequuntur ad aquam refugientes methonis beneficio liberantur.

Capitulum. xxvi

De miluo

Milvus mollis est volatu et viribus. unde miluus quasi mollis volans est dicitur. nam leui penam et quasi mobili super aera fertur. et vix leui tactu aerem in volando mouere videtur. Est autem avis patiens laboris. et ideo cuculos in scapulis suis suscipit et ne pro longa itineris spacia fatigati deficiant a partibus hispanie secum ducit.

ut dicit Isidorus. Est autem avis rapax et audax in minimis sed timidus est in magnis. nam volucres siluestres inuadere non audet. domesticis insidiari non timet. pullis etiam insidiatur ut eos rapiat et quos incautos reperit statim necat. caudaveribus et immundis vescitur. et pro modico ventris partu circa et extra circifer. a nido impetitur. et a minore se propter ipsius pusillanimitatem et segnicie superatur. Et miluus in iuuentute ab alijs prode auiibus non videtur differre. sed quanto diutius vivit tanto suam naturam. regentem plus ostendit. Quoddam enim genus est milui qui in principio aues rapit. et entera aialium comedit. tandem vix muscas et vermiculos arripit. ut dicit Aristoteles. Ultimo fame perit. Est autem avis ipsa circa pullos suos sicut et vultur. vult et quando videt eos impinguari et ut marcescant rostro eos percit et subtrahit eis cibum. vocem habet querulam famis nunciam. nam quando esurit voce querulacibum querit.

Capitulum. xxvii

De nocticorace.

Nocticorax est noctis coruus sicut dicitur eo quod noctem amat. quia de nocte volans cibum querit et querendo clamat. cuius clamor est volucris odiosus. ut dicit Isidorus. Est autem avis lucifuga et solem videre non potest. sepulchra et loca mortuorum inhabitat et frequentat. in parietibus et in locis ruinosis nidificat. oua columbarum et mone dularum frangit et teuorat. et cum eis pugnat. Nec dicit noctua quasi de nocte acute tuens. de nocte enim videt. exorto autem splendore solis eius visus heteratur. hanc in sula cretensis non habet et si venerit alibi de statim moritur. ut dicit Isidorus.

Capitulum. xxviii

De ouocrotalo.

Ouocrotalus est avis in aqua solentium faciens. In faucibus autem habet quosdam folliculos. in quibus primo cibum recipit. et receptum in secundum ventrem mittit. duos enim habet

vteros in vno tantum cibaria recipit. i
alio tñ decoquit et digerit. sed primus p
vesicula gutturis reputat. vñ di. **I**si. **D**
nocrotalus auis dicit grece cum longo
rostro. Et sunt duo genera. vñ aquati
le. et aliud solitudinis. qui aut in aquis
manet. est auis valde gulosa que rostru
in aqua mergens horridu sonu facit. p
cipue autem insidiatur anguillis. et pda
qua arripit subito reglutens in aluum
mittit. deinde ruminat et fauces mouet
ac si cibum in ore receptum adhuc tene
ret. Hec in litore quiescens rostru suu
semp sursum erigit. et sic spūs acumie
cōtra insultu accipitris se pmunit vt sic
securius dormire possit. vt dicit **I**si.

Capitulum. xxix

De pellicano.

Pellicanus est auis que in **Le**
uit. xi. et **Deute.** xiiij. porphurio
nūcupatur. et est auis egyptia
habitans in solitudine iuxta nylū. In
volucres aut fm leges immūdas in **Le**
uit. numerat. Sunt aut duo generabu
iūs auis vñ in aquis inhabitans et ei
escē sunt pisces. aliud est in terra habi
tans solitudinem diligens cuius cibus
sunt aialia venenosa vt lacerte et hmoi
omnia que pellicanus comedit p rō pe
dem in aquam tingit et intinctu qñ cum
manu pede ori applicat et opponit. **S**o
lus pellicanus inter aues pde pter pñ
tacum pede vtitur loco manus. De pel
licano quoq dicit glo. sup psal. Et idē
di. **P**linius p hec verba. Pellicanus in
quit est auis amator filioꝝ suoz. Cum
eni gignit natos et incipiūt crescere pen
tes suos in faciem pcutit ppter qd ip
sos mater repcutit et occidit. tertio vero
die mater se in costa vsq ad effusionem
sanguinis pcutit et calidū sanguinē sup
corpa mortuoꝝ filioꝝ post effundit. ex
virtute pullus prius mortuꝝ reuincit
Et glosa sup locū illū psalmi. Fact sum
sicut pellicanus etc. Pellicanus dicit ro
stro occidere pullos. et in triduo lugere
tūc sanguinem suū sup eos fundere et sic
illos viuificare. Alias cām mortis pul
loꝝ pellicari assignat magister **Jacobus**

te vitriaco in li. te mirabilibus orienta
lium regionum. Est inquit in egypto a
uis que vocatur pellicanus magnaz ala
rum et maxime in aciei. qz quicquid de
glutit cito emittit per secessum. lubricus
enim habet intestinum. et ideo vsq ad
plenam incorporationem neq tenet abū
Hanc autem naturaliter odit serpens
ppter qd serpens dum p passu mater ex
it nidum repens per artozem pungit et in
terficiat pullos suos sup quos mater redi
ens lugere p triduum fertur. deinde in
pectore se vulnerat et sanguines sup eos
respergens eos a morte suscitāt. Et san
guine vxo copiosius sic effuso debilitat
mater. vnde et pulli coguntur exire p ci
to quozum quidam naturali affectu ma
trem debilitatam pascunt. quidam vxo
generes sunt. de matre penitus nullā cu
ram gerunt. qd diligent aduertēs ma
ter. receptis viribus filios se pascentes
refouet et diligit. alios vero tanq igno
biles et ingratos a se reijcet et secum cō
manere aut viuere non pmittit.

Capitulum. xxx

De perdice.

Perdix a voce nomē habet. vt di
cit **I**sid. Est auis immunda.
nam masculus in masculū cōsurgit et ob
liuiscit sexū pceps libido. vt di. **I**sid.
adeo aut est fraudulenta. vt aliena oua
diripiens foueat ea sic subtracta. Hec
fraus fructū nō habet. qz cum pulli voces
audierint. ppe genitricis naturali quos
dam affectu matrem putatiuam q eos
fouerat derelinquit et ad illā que genuit
reuertitur. vt dicit **I**si. piter et **Ambro.**
Nos aut laborant in cubādo et onādo si
cut alie aues sicut dicit **A**rest. Aliq in
quit aues generant leuiter sicut pdices
et mater pdicis volat in circuitu vena
toris quousq fugiant pulli sui. et post fu
gā pulloꝝ fugit et ipsa mater et clamat pul
lis suis. cuius pulli mor nati sequuntur
matrem et statim qrun abū. Est autem
pdix pauce pēositas et multe carnis.
iō debilis ē volat et in volādo par a ter
ra se erigit. sed statim p paululu trā pe
tit. in tñ nūq timet et fugit q qd diu videt

ipsum. in aera a terra nō recedit. ad so-
nitum vero cāpanule fugiens circa ter-
ram anteq̄ sciat in rete vel in laqueum
se immitit. Plinius dicit li. xxii. ca. vi.
Fel perdicus cum equo pondere mellis
multum darificat vilum. vnde ⁊ in pici-
te argentea telet referuari. oua eorum
in vase ereo tecta valent cū melle vlcē-
ribus oculorum.

Capitulū. xxxi.

De pauone
Pauo a sono vocis nomen habet
cuius caro est tam dura vt vic
putredinem sentiat nec facile coquitur
vt dicit Plinio. viuit autē pauo fm Are-
sto. xx. annis ⁊ pullificat in fine triū an-
norum. deinde colorantur eius ale. Cu-
bat autē oua sua. xxx. diebus ⁊ modicu-
plus. deinde scinditur teste ⁊ non pulli-
ficant nisi semel in anno. ⁊ ponit. xij. oua
aut parū minus ⁊ eijcit plumas suas cū
prima artoze eijciente folia sua. et tunc
primo nascitur pluma cū artozes inci-
piunt folificare. est enī auis nō diligēs
ferum suū. persequitur enī masculus fe-
minam ⁊ oua femine inuestigat vt fran-
gat ea. vt sic sue luxurie magis vacet qđ
timēs femina. sollicite abscondit ea ne
ab eo valeant defacili inueniri. Habet
autem pauo vt ait Plinios. caput infir-
mum ⁊ deforme quasi serpentini ⁊ tamē
cristatum. incessum simplicem ⁊ oculi-
tum. collum modicu ⁊ erectum pectus
saphireum. caudā oculatam. mira pul-
critudine distinctam ⁊ ornatam. habet
pedes deformissimos ⁊ rugosos. penna-
rum suarū admirans pulcritudine ⁊ eri-
git eas ad modum rote siue circuli ⁊ per-
gūrum capitis circūponit. videns autem
pedum suorum deformitatē quasi erube-
scit ⁊ velut non attendens predictā pen-
narū pulcritudinē eas subito reprimat
et submitit. vocemq̄ habet terribilem
vt ait quidam. vocem habet demonis. ca-
put serpentis. passum latronis ⁊c. Pli-
nius enim li. xxii. ca. vi. dicit qđ pauo re-
sorbet simum suum inuidens hominum
vtilitati. valde enī medicinalis est sed
raro inuenitur

Capitulū. xxxii.

De passeribus
Passeres sunt minuta volatilia a
paruitate sic vocata. vt dicit Plinios.
torus. Est autē auis passer instabilis ⁊
garrula. iuxta hominū habitacula nidi-
ficans. Quis siquidem est multū calida
et libidinosa. vnde eius caro frequēter
in cibum sumpta est libidinis exarati-
ua. vt dicit Costan. multe est ouationis
et pullificationis ⁊ magne solertie i edu-
cando pullos suos ⁊ nutriendo. In feno
et in plumis nidificat ⁊ nidum suū a ster-
core nidum seruat. ⁊ ideo pulloz ster-
cora extra nidum eijcit ⁊ ad eijciendum
eas cogit. Araneis ⁊ vermibus ⁊ muscis
eos pascit. semina venenosa vt iusq̄ami
sine lesione comedit. ⁊ lepram ⁊ morbus
caducū aliquādo sustinet ⁊ incurrit. ⁊ fe-
mina diutius viuit qđ masculus. ⁊ ma-
sculus zelat pro vxore sua. ⁊ pro ea pu-
gnare consuevit. vt dicit Aresto. multe-
lam timer ⁊ odit ⁊ clamādo ac vociferan-
do p̄sentia eius prodit. pro nidis hyru-
dinum occupandis eis rostro moribus
se opponit. suam species diligit ⁊ pullos
ab illis relictos aliquo casu recolligit
tanq̄ proprios atq̄ nutrit. ⁊ si cōtingat
aliquē laqueo vel aliquo alio modo tēp-
lendi clamitat pro adiutorio ⁊ vociferat
cui cōpatiens passerum multitudine mu-
tuo se cōuocat ⁊ vt captum liberent acce-
lerant ⁊ pro viribus festinant.

Capitu. xxxiii.

De strutione
Strutio a greco vocabulo nomē
sumpsit. vt dicit Plinios. eo qđ
corpus animalis gradientis habet. pe-
nas tamen habet vt auis. habet etiā du-
os pedes ⁊ rostrum sicut volucris sed p-
pter ponderositatē sui corporis cum au-
bus in aera nō leuatur. ouat etiam sicut
auis. sed oua sua fouere negligit. que p-
iecta in arena forū pulueris animantur.
vt dicit Plinios. De strutione autē di-
cit Aresto. strutio autem inquit in crea-
tione assimilatur aui et quo ad qđ quā-
drupedi quia in aera nō leuatur. ale enī

eius non sunt conuenientes volatui. sed creatio eorum est tenuis sicut creatio pili. et quia est sicut auis multas plumas habet in interiori parte corporis. et habet pedes duos sicut volucres et ungues scilicet. sicut sunt ungule quadrupedis. et causa illius est. quia magnitudo corporis eius assimilatur quadrupedi et non aui. Ante enim caliditatis est quod ferrum diglutit et consumit. et secundum Auicennam. natura que in omnibus est prouida dedit ei facere oua maxima et durissime teste. ut circa eorum generationem occupatus calor temperetur. et si esset nimis intensus calor. cetera causa quare citius moreretur. Alias autem strutionis perietates tangit beatus Gregorius super Job. xxxix. ubi dicitur. penna strutionis est similis penne herodij in colore. sed non in virtute. penne autem similitudinem habet. sed ex clausa celeritate caret. ad volatus alas suas erigit. sed tamen a terra in altum nullatenus se suspendit siue in longum raris pennis induitur et magno corpore grauiatur. Item quando venit tempus ut oua pariat. ad stellulas que vocantur virgule siue plades oculos leuat. non enim oua ponit nisi quando illa constellatione oritur vel ascendit. quoniam enim viderit stellam circa mensem Junij arenam fodit et ibi ponit oua sua. que sabulo cooperit atque tegit. Cum autem ea ibi reliquerit. statim obliuiscitur ubi ea posuit. et nunquam ad ea ulterius redit. sed calefacta arena solis feruore abscondita oua excouit. et in ipsis pulliculos procreat et producit. cum autem fraxia terra pulliculus educus fuerit. tunc primo mater ipsius recolligit atque nutrit. et quem in ouo contempserit. egressum de ouo recognoscit. et ideo dicitur ad beatum Job Induratur ad filios suos quasi non sint sui. Item strutio naturaliter equum odit et in tantum ei contrariatur quod equum sine terrore videre non possit. et si discurrent equus contra eum quasi contra hostem alas erigit et alarum concussione ipsum ad fugam cogit.

Capitulum xxxiiii

De turture

Turtur autem a voce vocatur. auis simplex est ut coluba. sed longe dispariter est pudica. Turtur autem auis casta ex moribus appellatur eo quod comites castitatis. amissio enim pari suo alteri copulam non requirit. solitarie incedit. memor societatis perdit se semper gemit loca solitaria diligit et eligit. confortatque hominum valde fugit ad ortulos tamen hominum et agros descendit ubi querit cibum unde vivit. obtento autem cibo iterum iuga montium et secreta nemorum pertere consuevit vernali tempore aduenit et nouitatem instantis temporis querula voce prodit. In hyeme vero deplumatur. et tunc in truncis concauis se abscondit contra estatem vero et tempus veris resumptis plumis in locis abditis ubi latuerat exiens. loca ad pullificanda congrua sibi querit inter densos arborum ramos de lignis duris et nodosis nidum constructit in quo ouat cubat pullificat et pullos nutrit. ut dicit Aristoteles. Turtur ouat in vere bis. sed non tertio nisi quando oua primo corrupta sunt. et vivunt et cubant. xv. annis. et non descendit super terram neque super cadaver propter cibum. morti enim non refert turtur. sed pro suo et pullos victu paucula grana querit. et in locis mundis recolligit unde vivit alijs ambus vociferanti bene gemit. sunt autem pulli eius calidi et humidi sicut et pulli colubini. ut dicit Constantinus. quod testatur grauitas ad volandum. sed volante incipientes amittunt illam grauitatem. sicut caro eorum leuior et acceptabilior ad digerendum. sanguis enim ale terre eius est medicinalis sicut sanguis yridinis et colubine.

Capitulum xxxv

De vulture

Vultur a tardo volatu nuncupatur. ut dicitur. Si magnitudine enim carnis precipites volat non habet. Vos quod concubitu dicit non misceri. et sine concupula concipere et concipi generare atque signi. natoque eius dicitur vivere centum annis. et dicitur Iheronimus. De canis est impia circa filios suos sicut et milu. Si enim vi

vet pullos suos impinguari. rostro ⁊ pedibus eos percutit vt sic fiant ex colore mortui macillenti vt dicit Plinius. Dicit etiam idem q̄ maxime viget sensus olfactus in hac aue. vnde ⁊ sentiunt odore cadauera a remotis. existentes enim vltra mare sentiunt cadauera ex ista parte ⁊ reuertito. vnde exercitū vultur sequitur vt hominū ⁊ equorum cadaueribus satiet. et ideo s̄m augures quando conueniunt ⁊ circūvolant simul multi vultures. est futuri prelij presagium quod aliquo sensu nature occulto presentiant afuturū. De vulture dicit Aristotle. Vultur inquit pugnat cū herodio ⁊ volat super ipsum. ⁊ quando reuincit ipsum moritur. ⁊ comedit carnem crudam. ⁊ ideo pugnat contra alias aues propter cibū. Venatur autē a meridie vsq̄ ad noctem et ab ortu solis vsq̄ ad tempus illud in silentio requiescit. ⁊ quādo senescit elōgatur rostro eius superius ⁊ recuruat in fine. ⁊ moritur tandem fame. vt dicit Aristotle. ibidem Hoc ei accidere s̄m errorem antiquorū putatur. quia dicitur aliquādo fuisse homo. ⁊ erat impius peregrinis quibusdam. sed hoc est sup̄stitiosum. Dicit etiam idem. q̄ quando est aliquid superfluum de cibis ius non relinquit illud aibus alijs sicut facit aquila. sed reponit in nido suo ad cibandū pullos suos quoniam non defacili acquirit cibum. Adificat autē in altis montib⁹ ⁊ nemoribus. et si viderit aliquid volitans circa pullos suos rostro percutit ⁊ fugat illud et nutrit pullos suos quousq̄ possint volare. ⁊ tunc eijcit illos a nido et vetat illos appropinquare ilico nec permittit vnū par vulturū aliud par subintrare locum suum. Item eodem li. Amachar est quidā species auis fluuiialis que timet vulturem. ⁊ ideo fugit ad aquam ⁊ circūvolat vultur a remotis. ⁊ cum sit acuti visus inspicit quando auis illa exiit aquas illam. ⁊ tunc si potest capit eam. Est insuper vultur auis multū fetida ⁊ immunda. cuius caro est durissima ⁊ mali saporis ⁊ grauis odoris. ⁊ ideo ad esum est inutilis. defacili pro cadauere terram percutit. sed cum descendit de terra iterū vix

ascendit. vt dicit Gregorius. In alto volans cadauer in infimis conspicit. ⁊ pro amore cadaueris ad ima te sublimitate aeris se submittit. vt dicit idem. Quādo autem ab aliquo impetitur. contra ventum alas percutit. ⁊ sic venti aduinculo potius q̄ colore proprio ab infimis l'aere se extollit. et ad hoc dicit Plinius li. xxx. ca. iij. Vultur inquit inter aues contrariat serpentibus. nam si penne eius vrant fugant serpentes nidoze suo. Cor etiam eius reddit se portantes a serpentibus ⁊ a feris tutos. Cor eius ligatū in pelle leonis vel lupi fugat demones. Pena eius ligata pedi sinistro pturientis velociter liberat eam. sed celerius solue ne interiora sequant. vnguentū factum de adipe vulturis ⁊ oleo myrti et cera neruos curat. iumenta sanat. Pes eius dexter alligatū pedi sinistro dolenti sanat ipm. similiter dextrum sanat sinister pes. Lingua eius sine ferro euulsa ⁊ collo in panno nouo suspensa dicitur efficere hominem gratiosum ad impetrandū ab homine quicquid petit. Cinis ossium eius combustorū mictus cū celidonia datus aialibus eorū sanat morbos. Ducitq̄ plinius. Idem li. xxxvi. Sanguis vulturis cum herba cameduce vel cameleonte ⁊ cedria sanat lepram.

Sanatium lepra.

Capitulum XXXVI

De vlula

Vlula est auis a plausu vel vlulatu nominata. eius enī vox vlulatum pretendit. Unde ⁊ apud augures vlulans pretendit aduersitatem facens vltro prosperitate. vt dicit Isidorus. ⁊ s̄m hoc idem videtur esse vlula quod buto siue noctua cui⁹ vox s̄m augures est infausa glo. Hier. super ysa. xiiij. di. sic. Alula ē auis cornine magnitudinis resperfa maculis. que rostro in palude fixo horridus sonus facit. ⁊ s̄m hoc videtur q̄ vlula est onocrotalus. que auis est palustris loca inhabitans paludosa. que te supra te onocrotalo.

Capitulum XXXVII

De pupa

Urupa ut dicit yfido. a grecis est nuncupata. eo q̄ stercoza humana comedat et fetenti fumo nutriatur. Huius ei est spurcissima et immunda. crinitis a capite creuntibus galeata. semper in sepulcris comorans vel in fumo. cuius sanguine si quis se inunxerit. dormitum pergens demones in somnis se suffocantes videbit. cuius cor malefactoribus valet. nam in suis maleficijs eo utuntur. De hac aue dicunt phisici. q̄ cum senuerit. eo q̄ nec videre nec volare queat. pulli eius euellunt ei penas invalidas. et limunt ei oculos herbarum succis et fouent sub alis donec recrescat plume eius. et sic renouata p̄fecte valet et videat clare sicut et ipsi. ut dicit yfidorus.

Capitulum XXXVIII

De respiratione

Respiratio a tempore. nomen sumpsit. eo q̄ lucem fugiens circumuolat in crepusculo respiratione p̄cipiti motu attrito et tenuissimis brachiorum membranis suspensa. et est animal simile muri. non tam resonans voce q̄ stridore. speciem simul volatilis et quadrupedis habet. quod in alijs aubus solet rarius inueniri. Hucusq̄ yfidorus. Dicit etiam glo. super ysa. ij. q̄ respirationes lucem fugiunt. ceci enim sunt sicut et talpe. puluerem lingunt. oleum de lampadibus sugunt. in rimulis parietum se abscondunt frigidissime sunt nature. Unde sanguis respirationis limbus super palpebras non sinit recrecere pilos. ut dicit Constan. et hoc forsitan est quia sua frigiditate opilat poros. quibus opilatibus non recrescunt pilis.

Incipit liber XIII

De aqua et eius ornatu.

Descriptis proprietatibus ignis et aeris restat ut de aquarum effectibus quatuor spectat ad opusculum nunc aliqua di-

camus. Dicitur autem aqua quasi equa. quoniam nihil quiescit a motu donec superficies eius adaequet. ut dicit yfidorus. li. xij. Et itaque elementum aqua secundum quatuor. frigidum et humidum respectu terre subtile et vispicuum p̄prio termino non contentum. deflueret enim aqua ad nihil nisi alieno termino sustineretur. Et quae de proprietate describit basilius in generali in exameron dicens. Aqua inquit inter omnia elementa est utilissimum. celi enim terrena fecundat. aerem suis vaporibus incorporat et condensat. scandit in sublime et celum sibi vindicat. Aque enim sunt omnium nascendi causa. quia fruges gignunt. arbores et plantas producant. sordes detergent. peccata diluunt. potum cunctis animalibus tribunt. Est enim aqua terre coniunctiva. penetratiua. repletiua. caloris celestis nutritiua. omnium inferiorum partium nisi enim haec inferiora suis exalationibus temperaret. omnia in conflagratione vel caloris verterentur. Haec ab animalibus potata nutrimentum transducit in carnis vegetationem. Haec piscibus dat spiritum. sicut et aer animalibus praebet vitam et animationem. Haec sui diffusionem per interiora partes terre facit partem eius unio nem terra enim propter intensionem siccitatis dissolueret in puluerem. nisi per eius parte humorositate aquea uniret. Haec etiam transiens per interiora meatu terre a locis per que transit in colore et sapore recipit imitationem. et ideo nunc salis nunc dulcis apparet. nunc clara nunc turbida. nunc grossa nunc subtilis. Haec enim aqua de terminata qualitate in colore et sapore. ut sic esset omnium colorum et saporum susceptiua facilius. Et ideo aqua quanto est in se purior. tanto apparet obscurior. quoniam ad ipsius colorationem ipsam solaris radii non subintrat. Haec mouet a fundo sine a centro ad circumferentiam. nec sistit donec eque eius superficies secundum eque distantiam a centro terre. Haec insuper lucem a radijs solaribus susceptam reflectit in caelestia et refundit. Et ideo quoniam superficies habet specularem actionem reflexi luminis rerum obiectarum imagines in se representat et intuitum facies ad modum speculi manifestat. haec etiam radios ipsi substantiam penetrantes

*Vanellus, auis est quae piscibus
cibus piscibus hermantere
sunt. Hucusq̄
Omnia vanellus defendere
intibus armis.
Cum hominibus suis proprium
piscibus defendere videtur.
Dantur in unum sententias.*